

fas pias pro utroque foro esse Privilegium; ita, ut non tantum pro foro interno valeat, sed etiam pro externo, etiam si careat solemnitate...

283 Prima dicit, solemnitates Juris Civilis pro foro interno non esse necessarias, valere proin in dicto foro Testamentum, et si una, vel pluribus hujusmodi solemnitatibus careat...

284 to, vel non adesset septem testes, vel ex septem unus, vel plures ad testandum essent inhabiles, vel alia similis solemnitas deesset...

285 Secunda sententia dicit, solemnitates Juris Civilis non tantum pro foro externo, sed etiam interno absolute, & ad substantiam esse necessarias...

286 Tertia Sententia docet, mentem legislatorum solemnitate Testamentorum prescribentium fuit, testamentis minus solemnibus resistere tantum civiliter...

cunque talem actum, qui sine prescripta solemnitate celebratus est, ut de electione constat ex c. quia propter, de elect. de alienatione rerum Ecclesiasticarum...

287 Ex hac Sententia inferitur. I. Quod Testamentum sine debitis Juris Civilis solemnitatibus factum, ante sententiam Judicis, & quando nemo se opponit, pro foro interno valeat...

288 Inferitur II. Quod haeres, & Legatarii ex Testamento minus solemniter non teneantur haeredibus ab intestato manifestare, quod Testamentum careat solemnitate...

289 Inferitur III. Quod idem homo modo unius Testamenti tanquam minus solemniter cassationem petere possit; ut ipsemet ab intestato succedat...

item, ac si fideicommissarius in eo nominatos posse occultam compensationem accipere. Rationem hujus jam dedimus supra num. 287.

S. III. Lex in Praesumptione fundata.

290 Lex in praesumptione fundata dicitur illa, quae ex conjectura certae cujusdam circumstantiae, aliquid praecipit, vel prohibet: estque duplex, una fundata in praesumptione Juris, seu communis periculi...

291 I. Lex fundata in praesumptione juris, seu communis periculi, obligat in conscientia, etiam in casu particulari praesumptio fallat. Ita Matrusius cit. q. 5. art. 4. nu. 166. Becanus tom. 3. cap. 6. qu. 9. Paulus Mezger citat. disput. 35. art. 3. §. 3. num. 11. P. Schimer cap. 1. num. 162. & alii communiter...

292 II. Lex in praesumptione facti, fundata non obligat in conscientia, quando fallit praesumptio: seu quando deficit circumstantia, cui praesumptio Lex innititur. Ita DD. modo citati. Ratio est: quia deficiente motivo adaequato legis, cessat obligatio legis per c. cum cessante, de appellat. sed quando lex fundatur in praesumptione facti, deficiente circumstantia cujus praesumptio innititur, deficit motivum adaequatum legis...

293 III. Nam praesumptio legis, vel ideò fallit, quia Lex praesumit aliquem actum esse licitum: qui tamen jure naturali, vel Divino est illicitus, vel quia Lex praecipit aliquem actum licitum, attamen propter aliquod factum praesumptum, quod tamen a parte rei non invenitur. Si primo modo praesumptio fallat, per se clarum est, quod tunc Lex humana non obliget: cum nulla possit dari obligatio ad peccandum...

294 IV. Deduces, illum, qui per Judicis sententiam condemnatur solvere pecunias alteri, qui per falsos testes probavit, ipsum esse debitorem, non teneri solvere; & si cogatur, posse uti occultata compensatione, si sciat, se non esse debitorem...

S. IV. Consuetudo.

I. Consuetudo dupliciter accipi potest. I. Casualiter pro diuturno usu, & actibus longo tempore frequentatis a communitate, vel majore ejus parte, quo modo spectata dicitur consuetudo facti, & definitur a D. Thoma in 3. dist. 23. quaest. 1. art. 4. frequentia operandi liberè eodem modo. II. Formaliter pro jure, quod ex diuturno usu, & continuatione hujusmodi actuum oritur, vocaturque consuetudo Juris, & definitur I. de quibus, ff. de legibus, Jus diuturnis moribus, & tacito populi consensu introductum. Differt à praescriptione. I. Quia consuetudo respicit communitatem, quam obligat, vel aliquid permittere debet obligat: praescriptio verò personas privatas, vel communitatem, quatenus spectatur ut persona privata. II. Ad consuetudinem requiritur consensus saltem tacitus Legislatoris, cujus legi per illam derogatur: ad praescriptionem autem non est necessarius consensus ejus contra quem praescribitur. III. Praescriptio habet locum in rebus mobilibus corporalibus, & incorporalibus; consuetudo verò tantum in incorporalibus, ut in Jurisdictione, electione, servitutibus. IV. Praescriptio minuit dominium, aut jus alterius; non consuetudo. V. Illa requirit bonam fidem, & titulum; ista etiam mala fide induci potest, & loco tituli servit tacitus consensus Superioris. VI. Ad hanc, ut infra dicitur universaliter decennium sufficit: in illa sufficit aliquando tempus brevius, aliquando diuturnius.

295 Porro consuetudo alia dicitur juxta legem, quae est observantia, vel etiam interpretatio legis praesistentis; unde non est juris, sed facti. Alia praeter legem, quae inducit novum jus in illa materia, de qua lex scripta nihil disponit, & alia contra legem, per quam lex seu jus praesistens tollitur in totum, vel in partem: hinc communiter nuncupatur desuetudo. Consuetudo juxta legem nec inducit jus novum, nec abrogat praesistentem, sed potius confirmat, & ejus observantiam stabilis, atque hoc sensu accipitur id, quod dixit Gratianus leges firmantur, cum moribus utentium comprobantur, c. in istis, dist. 4. Sic etiam illud: consuetudo est optima legem interpret, c. cum Dilectus, de consuetud. de consuetudine juxta legem intelligitur Consuetudo praeter, & contra legem majoris sunt efficaciae, de quibus dicimus.

296 II. Consuetudo contra legem habet vim abrogandi legem veterem, & consuetudo praeter legem habet vim infirmitatis novam legem, si habeat debitas condiciones. Ita Matrusius cit. quaest. 6. art. 4. Paulus Mezger cit. disput. 36. art. 2. Suarez l. 7. cap. 14. Reiffenstuel cit. titul. 5. de consuetud. Layman cit. cap. 24. Herincx cit. disputat. 3. quaest. 6. & alii cum communissima DD. sententia, ratio primi est: quia Gregorius Nonus cap. ultim. de consuetud. declarat posse consuetudinem aliquam juri positivo praedictum generare, si rationabilis fuerit, & legitime praescripta: quibus verbis fatetur Pontifex, consuetudinem cum his conditionibus habere vim abrogandi legem positivam humanam, de qua ibi loquebatur: ergo. Ratio secundi est: quia in consuetudine legitime introducta, reperiuntur omnia, quae ad legem instituendam desiderantur: nimirum. I. Materia rationalis, seu honesta, possibilis, & communi bono utilis. II. Potestas introducendi juris obligantis, saltem si adsit consensus tacitus Principis. III. Voluntas se obligandi. IV. Manifestatio talis voluntatis, non quidem verbis, sed factis, quod sufficit: ergo consuetudo potest introducere legem novam.

297 III. Ut autem consuetudo abroget legem veterem, & instituat novam, juxta citatos Doctores sequentes, requiruntur condiciones. I. Requiritur actum, vel omnium frequentia publica, libera, non interrupta. Frequentia requiritur ex l. 1. c. quae si longa consuetudo. Nam consuetudo vocatur, quod in communi sit usu c. 5. dist. 1. Sed unus actus non probat communem usum. Quotnam verò actus ad inducendam consuetudinem requirantur, nec jura determinat, nec facile determinari potest. Tanta saltem frequentia requiritur, quanta ad manifestandum firmum populi consensum prudentum judicio sufficit. Frequentia Publica requiritur, nam jus consuetudinarius, cum alia promulgatione non egeat, per actus notorios...

